Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/311523

THESES JURIDICAE INAUGURALES.

12.

# THESES
# JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

LUDOVICI GERARDI VISSCHER,

PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

**Pro Gradu Doctoratus**

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

**JANUS PETRUS POOL,**

**Noviomagensis,**

A. D. I. M. Octobris A. MDCCCLVI, HORA II.

**Trajecti ad Rhenum,**

APUD J. DE KRUYFF.

MDCCCLVI.

TYPIS MANDAVERUNT L. E. BOSCH ET FILIUS.

# THESES.

I.

Dominus in actione negatoria necesse non habet probare dominium esse liberum.

II.

Non facio cum UNTERHOLZNERO statuenti (*Verjährungslehre*, I, 473) usucapionem impletam jacente hereditate non prodesse heredi, si ante aditionem ab extraneo res sit possessa.

III.

Si quis rem, si in dominium suum pervenerit, pignori dederit, pignus incipit inde ab acquisitione non a die conventionis.

IV.

Substitutio quasi pupillaris unice spectat bona a substituente relicta.

V.

Non assentior Cl. VANGEROW statuenti sententiam DUARENI de l. 7. § 1 D. de soluto matr. probandam esse; CUJACII interpretationem ad illam legem preferendam esse existimo.

VI.

Conjux domo expulsa divortium propter malignam desertionem petere nequit.

VII.

Desertio maligna haberi nequit absentia criminis causa.

VIII.

Liberi naturales ex matrimonio putativo legitimati intelliguntur etiam nullitate ejus declarata.

IX.

Vi dejecto interdictum etiam datur contra rei possessorem, qui neque vim fecerat neque fieri jusserat.

X.

Portionem legitimam non deberi illi, qui se abstinet ab hereditate, contra KERSTENS (*Ned. Jaarboek*, VI, 601) defendo.

XI.

Propter pecuniam ex sententia judicis solutam, cujus nomine jam antea debitor apocham acceperat, condictio indebiti non datur.

XII.

Art. 134 C. *de Meth. proced. in causis civ.* vim non habet, si agitur apud judicem cantonalem.

XIII.

Peritis actio in solidum honorarii nomine non competit.

XIV.

Codices mercatorum excepto diario nihil probant.

XV.

Si in cambiis nulla mentio temporis solutionis facta est, cambium ad visum haberi debet.

XVI.

Si merces in navigatione perierunt, postquam per culpam magistri in aliam navem translatae fuerant, damnum ad debitorem nautici foeneris pertinet.

XVII.

Debitor propter debita civilia non potest decoctor declarari.

XVIII.

In casu Art. 825 C. M. non opus est procuratore ad litem paragendam.

XIX.

Poena mortis non palam verum in carcere infligenda videtur.

XX.

Eleganter de imputatione delictorum jussu praefecti a militibus admissorum ROSSI: (*Traité de droit Pénal*, l. II, Chap. 13) „s'il doit distinguer entre supérieur et supérieur, entre ordre et ordre, il faut qu'il (le soldat) raisonne."

XXI.

Speciali lege de certamine singulari statuendum est.

XXII

Non omnia decreta Ordinum Provincialium a Rege rescindi possunt.

XXIII.

Recte Cl. DE BOSCH KEMPER: (*Handleiding tot de kennis van het Nederl. Staatsregt*, *Inleiding* § 51), "Omwentelingen, ofschoon altijd hoogst gevaarlijk, kunnen soms wettig zijn."

XXIV.

Loteriae lusus improbandus est.